Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1369
Quelle:
Copyright:

plici populo. Praefatio sic incipit: *Etsi electionis uas D. Paulus Corinthios suos obsecret* &c. Ex collatione manifestum fit, Opus hoc eruditum et moderatum idem esse cum eo, quod *Cod.* seq. lingua germanica continetur. De aetate illius constabit ex iis, quae *fol.* 41. de restituto Calicis usu leguntur: *Id quod S. D. N. Pius quartus summus Pontifex cordi percipiens, ac multorum Christi fidelium iuxta institutionem Christi sub utraque specie communicare cupientium zelum uidens ad seriam S. Imperatorię M^tis^ instantiam, calicis communionem nedum Germanicæ nationi, sed et Regno Hungariæ et Bohemiæ, adeoque uniuersæ inclytę Austriacæ Domus ditioni pie restituit. Et sicut calix in Concilio Constan. Anno Millesimo Quadringentesimo decimo quinto* (15) *die Junij Laicis omnibus ademptus, ita anno 1564. die 18. eiusdem mensis Junij præfati calicis restitutio authoritate Pontificis nec non iussu S. Imperatorię M^tis^ et R^mi^ Domini Nuncij Apostolici* (Zach. Delfini) *Viennæ Austriæ in Ecclesia Cathedrali per R^mum^ Dominum Episcopum Gurcensem* (Urbanum) *Viennensis autem Episcopatus tunc administratorem, magno Christi fidelium gaudio et applausu publice promulgata est* &c. *Fridericum Staphylum* autorem habeo, dum quis certiora doceat.

CCCLIII.

112 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 133. f. *Anonymi* Theologi *Catholici Summam Doctrinae Christianae* Plebi proponendae continet hoc titulo: *Von Christlicher Leere vnsers Haylwertigen Glaubens, auch der Hochwierdigen Sacramenten vnd andrer Kyrchen Satzungen vnd Ceremonien, wie die dem Christglaubigen volckh Zue Irem hayl khurtzlich vnd aynfaltigclich fürgetragen werden möchten. Für die vnerfarne Priester vnd Aynfältigen layen.* Definitur XXVI. *Capitibus*, quorum primum *de Doctrina Christiana in genere* incipit I. *Sollen die Ordenlichen Seelsorger vnd Predicanten des Hayligen Pauli beuelch trewlich warnemen vnd nachuolgen* &c. Ultimum agit *de Potestate Episcoporum.* C. XVII. *fol.* 66. laudatur Deus, quod sublato tandem dissensu a Capite Ecclesiae indultus sit *calicis* usus, quem cum *Pius* IV. anno 1564. indulserit, de aetate hujus Tractatus statues. C. XXIV. *de Jejunio fol.* 123. perpendi vult Noster, an non, saltem usque ad definitionem Concilii cujusdam generalis, Praeceptum Ecclesiae de non edendis carnibus in feriam adhortationem converti, et res cujusvis conscientiae relinqui possit. C. item XXV. *de Votis monasticis fol.* 129. in arbitrio Praesidum *(der hochen Obrigkhayt)* reponit, velintne Professionem religiosam ad certum tempus limitare, permittereque, ut exacto vigesimo quarto aetatis anno liberum sit, e claustris discedere. &c. Finit: *Vnd diss alles vnd iedes, so obsteet,*